



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 4. Caasapaminiensis colonia ædificatur sub nomine Candelariæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

catæ Virgini solemnî ritu dedicavit : & Sacerdotem de Societate propediem se missurum promittens , ad Urvaicam , quò eum officii sui negotia evocabant , ce- leerrimè renavigavit.

DIGRESSO Gonfalvio , interioris terræ incolæ , coniuratione factâ , arma sumunt , & arbitrati eum in Tabacæ pago adhuc esse , ad necem ei inferendam , demolendâque novi oppidi initia , magno numero accurrunt : primo impetu Cru- cem dejiciunt , sacram Ædem comburunt , perniciem novæ legis fautoribus inter- minantur , hostiliter omnia evertunt . Secundus impetus fuit in Japeivientes con- jurare . Quarum rerum famâ ad Petrum Romerum & deinde ad Rochum Gonfal- vium delatâ , universam brevi pervasit turbavitque Urvaicam . Gonfalvius non cunctandum ratus , ad Regum oppidum revertitur , assumptoque Petro Romero , dissuadentibus licet Japeivientibus , certam mortem adiri uno ore clamantibus , ad- verso Ibicuito navigat . Viginti leucis progresso ab exploratoribus nuncium adfer- tur , indubiè periturum si ultra tenderet . Nihilominus ne summa rei periclitaretur , consulto prius Deo , & Petro Romero ad Regum oppidum remisso , unam se victi- mam pro omnibus offerens , ad locum diruti oppidi cum pauculis remigibus progred- itur . Ibi ab Tabacæ & vicinis Casiquiis cognovit , absentibus ipsis rem fuisse per- actam ; & , quamvis adfuissent , nequaquam se tantæ hostium multitudini resistere potuisse . Hic non stetit generosi hominis pia temeritas , sed vocatis ad se interioris terræ aliquot Casiquiis , quâ authoritate , quâ præmiis , ab iis multum licet reluctan- tibus tandem impetrat , ut ad Tapensem regionem , Societatis laboribus postea cla- rissimam , rei restituendæ ergò , se ducerent . Eò delatus , dum explorat omnia , & animos Barbarorum ad condendum oppidum sollicitat , nunciant ultiores populos ad eum mactandum magnis viribus advolare : quorum primum insultum Casiquii amici utcumque quidem represserunt , sed cum majoribus copiis urgerentur , & jam res in deplorato esset , Gonfalvius in subito periculo vires ingenii exerens gran- dem librum , & ferram , quam ad usum fabricandarum Crucium secum ferebat , pro- mit : quarum rerum aspectu pavidi hostium exploratores , ad suos revertentes nun- ciavere , Rochum Gonfalvium ferreum instrumentum dentatum ferratumque secum adferre , quo aiebat innumeros homines nullo negotio detrueri posse : & cum compactis foliis colloqui , indubiè sufficientem vim habentibus ad integros exercitus delendos . Hoc audito Barbari ob suspicionem , quam de libris habent , & ferræ incognitam vim , timore percussis in fugam sese effundunt . Rochus verò Gonfalvius exploratâ terrâ , nondum maturam gentem deserens , dilatâ in aliud tempus expe- ditione , citatis itineribus Urvaicam repetit .

NON plures menses abiere , cum se refarciendæ expeditionis occasio obtulit : nam Rochus Gonfalvius , paulò post Piratinienfium Duce indicante , cognovit supra Piratinium fluvium locum Caasapaminium dictum aptissimum esse ad con- dendum oppidum , & circumjacentes populos non agrè fidem capessituros , si sol- licitarentur . In quam spem Gonfalvius Petrum Romerum ad se vocat , quocum Caasapaminienfium fines ingressus , obvios quidem habuit ducentos circiter Barbaros , armatâ manu nisi retrocederet minitantes ; sed hi ipsi Sociorum industriâ ad par- tes tracti consilia destinata promoventes , authores popularibus suis fuere Fidei Christianæ capessendæ . Quare sub ejusdem Purificatæ Virginis auspiciis novum oppidum Gonfalvius fundavit , traditumque Petri Romeri curæ in tantam brevi crevit frequentiam , ut ter mille capita primo anno censita sint , & hæcenus ibidem Societatis operâ supra septem millia Barbarorum sacro Fontelora fuisse ex authen- ticis codicibus constat .

IN Iguasuana regione novella gens miserum in modum fame afflictabatur , Sociis in Sanctæ Mariæ Majoris oppido ad extrema redactis , & incolarum plerisque ad antiqua latibula perpulsis : è quibus Claudius Ruyeriùs magno labore quadringentos ad oppidum postliminiò reduxit . Ex his , qui se reduci statim non passi sunt ,

CAPUT
III.
Barbari oppi-
di surgentis
opus dilu-
stant.

Barbarorum
furor.

Gonfalvii
audax faci-
nis.

Ejusdem pia
temeritas.

Ingeniosum
factum.

CAPUT
IV.
Caasapami-
niensis co-
lonia ædifi-
catur sub
nomine
Candelari-
æ.

Ter mille ca-
pita redun-
tantur.

CAPUT
V.
Gesta apud
Iguasuanos.